Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



noraſſe dicat. ſed vnuſquiſque ſeruorum illius ita ſemper vigilet. quaſi altera die ſuſpectus ſit iudicari. Vigilia gemina eſſe ſcimus. vna corporis et alia mentis. Tu.

Vigilia corporis optima e. vt quilibet ſedulo peruigil aduentui redemptoris expectet. ſed vigilia mentis multo e vtilior. qua petrus aplus ſectari nos admonet cum dicit. Sobrii eſtote et vigilate quia aduerſarius vr dyabolus tanquam leo rugiens circuit querens que deuoret. cui reſiſtite fortes in fide. Tu. Lectio. Illud aut ſcitote quod ſi ſciret pr familias qua hora fur venturus eſſet vigilaret vtique et no ſineret perfodi domum ſuam. Hac ſilitudine oſtendit dns aduentui ſuo ſemper eſſe debere ſuſpectum. Pater vero familias animus nr eſt quia corpus et oia officia corporis more patriſfamilias regit et continet. Fur aut e mors improuiſe adueniens. Tu. Euangelium

In illo t. d. i. d. ſ. yabolam hanc. Homo quidam peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos. et tradidit illis bona ſua. ⁊ rel'. Omelia b. gregorij ppe.